

Arethusa de mutatione sua narrat

Pars ego nympharum¹ Graecarum eram, silvae feraeque me delectant. Pulchritudinis famam non petebam, pulchra tamen existimabar², at ego silvas ferasque tantum quaerebam. Olim³ fessa revertēbam a Stymphalide silva: magnus calor erat⁴ et longa via calorem augebat. Video limpidas aquas; prope eas altae arbores umbram dabant. Adeo et primum pedem, deinde crura, ad ultimum omnia membra in aquas mergo. Statim sub undis murmur⁵ audio territaque insisto⁶. «Quid times, Arethusa?», flumen Alpheus dicit. Perterrita fugio, at flumen insequitur: sic ego currebam, sic Alpheus ferus vestigia mea premebat, ut solet accipiter⁷ trepidas columbas urgere⁸. Per campos, per montes arboribus oper-tos, per saxa et rupes curro; tandem fessā fugā clamo: «Adiuva, Diana, ancillam tuam!». Dea verbis lacrimisque meis movetur et me in densam nubem occultat. Sudor occupat meos frigidos artus, de toto corpore caeruleae guttae cadunt, capilli rorem⁹ emanant et tandem in aquam mutor. Diana rupit terram, caecis cavernis mergor et advehor ad insulam Ortygiam, ubi, ut novus fons, ad auras revertor.

¹ Nymphae sunt deae minores quae silvas, montes, flumina incolunt.

² dicebar.

³ “una volta”

⁴ Reticezza didattica: in latino “c’è molto caldo” si dice *magni sunt calores*; si è preferito usare un’espressione più “rozza”, ma chiara in italiano.

⁵ vox aquae vix audita ☐ clamor

⁶ in + sto, as, are.

⁷ “avvoltoio”

⁸ urgeo, es, ere = premere, insequi.

⁹ La parola *ros, roris* = “rugiada” (cfr. *roridus, a, um*) è facile da memorizzare se si pensa al “rosmarino” dal latino *ros marinum*.

Il testo offre la possibilità di proporre agli studenti esercizi di vario genere.

- Trasformazione dei tempi verbali (ad esempio da presente ad imperfetto).
- Trasformazione da oratio recta in oratio obliqua.
- Ricerca di indicazioni geografiche: dove si trovano la selva Stinfalide, il fiume Alfeo o la fonte Aretusa (ancor oggi tanto nota e visitata)...
- Da ultimo anche a ricercare la storia di Alfeo per scoprire come riuscì, suscitando la pietà degli dei, a ricongiungersi, in qualche modo, alla sua amata Aretusa.

(Anna Bongiorno)